Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

47. – 81.
DA Box

LN 1141
ex. 1
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

EPITOMES ORTHOGRAPHIÆ, ALDI MANVTII, PAVLLI F. ALDI N. Compendiolum,

VT

Puerilibus Scholis vſui eſſe poſsit, confectum

A

PETRO HEGELVNDO DANO.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Architypographi Regij.
cIↃ. IↃ. LXXIX.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

In
ALDVM ET PAVLLVM ALDI F.
ET ALDVM PAVLLI F. ALDI N.

ALDE, *laborum omniũ moli inſuperabilis Atlas:*
Parcarúmq; adeò vix ſuperate manu:
Humanis namq; exemtus, rediuiuus in ipſo
Primùm idem gnato, moxq. nepote redis.
Aut quaſi tranſſcribens Muſas hæredibus, vni
Has proprium genti vis decus eſſe tuæ.

In
ANCHORAM ALDI, ET
CIRCINVM PLANTINI,
luſus.

Sacra Aldi fundum valido tenet anchora morſu,
Cui caudam Delphin inſinuátq; caput.
Sic Plantine tuus conſtanter circinus vno
Stat pede, pes circum ſedulus alter obit.
Amborum è rigido ſunt inſtrumenta metallo:
Artificem exercet durus vtrumq; labor.
Sed DELPHIN *celer eſt, & gyrat circinus orbem:*
Et vincit CONSTANS *omnia dura* LABOR.

P. H.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

PRÆSTANTI VIRO
MEDICINÆ VTRIVSQVE
ſingulari cognitione & peritia excellenti,

PETRO SEVERINO DANO
Archiatro regio & Philoſopho,

S. D.

QVAM nobis in medium familia Aldina, pulcerrimis alioquin in remp. litterariam meritis, & doctrinæ humanioris diuturna poſſeſſione, iam inde à multis annis clara, Orthographiæ genuinam rationem, ſtudio & diligentia ſingulari, protulit: dignam exiſtimaui quæ non magiſtris ſolùm & eruditioribus, ſed diſcipulis quoque puériſq; eſſet notiſsima. Neq; enim ipſa tantùm Aldi officina in autorum bonorũ emendatiſſima editione, eandem iam diu ſecuta eſt Orthographiæ regulam: verùm etiam Typographi ferè omnes, elegantiores & litteratiſſimi quiq. homines, ijſdem veſtigijs propemodum religioſè ſibi inſiſtendũ eſſe duxerunt. Cùm enim certã aliquam veramq; ſcribendi rationem, quæ ad incorruptæ antiqui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

tatis vſum quamproximè accedat, in lingua tam eleganti,tam vetuſta, tamq́; exculta,exiſtere oporteat : tacito conſenſu eam ſingulari induſtria & ingenio , addo etiam impenſis, Aldi Manutij, ex probatiſſimorum librorum diligentiſſima collatione (cùm nuſpiam iam alibi Latina gens, quàm in libris habitet) inueſtigatam vſurpatamq́; fuiſſe,haud obſcurè, ea ipſa imitatione ſua fatebantur. Quoniam itaq; de ea Aldus N. ſingulari ſcripto quædam complexus fuiſſet ſcitu digna, & vnde ſingula promſiſſet, candidè demonſtraſſet: neq; etiam magnopere neceſſe eſſet pueris conſtare, quibus autoritatibus, quibúſue ex Grammaticis, libris antiquis, nummis veteribus, tabulis æreis, aut lapidibus, iſta eſſent eruta & conquiſita ſingula : ſtatim ac id libri nactus eram, compendio ſummo contractū, iſtam veluti epitomes epitomen ſcholæ meæ inculcaui: eadem ſimul opera aliquas præceptoris mei Ioachimi Camerarij inſertans commonefactiunculas. At verò ſi neq; iſta omnium iudicio in aſſem ſatisfaciunt, neque vſurpanda ſtatim à quolibet eſſe videantur, neq; etiam inter ſe omnino autores illi conſentiunt: tamen dū diſquiſitione maiori circa nonnulla opus eſſe,dumq́; ſummos viros no-

biliſſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

biliſſimaq; ingenia,tamquam in theatro litteratorum, in minutiſsima etiā curam & aciem intendere, pueri vident: mirificos diligentiæ cuiuſdam & circumſpectionis, tamquam ſtimulos, animis ipſorum ſubdi neceſſe eſt. Adhæc, de ſimilibus alijſq; analogis, ſi ijdem vel admoneantur, vel ſuo ipſi ingenio animaduertant: habebunt hic ſedē certam & nidulos quò iſta congerát. Multa enim ſe offerēt plura in editionibus accuratiſsimè emaculatis bonorū autorū, quos officinæ Aldorū, Stephanorū, & nūc ex vicino Belgio, diligentiſſimi Plantini, ſuppeditant nitidiſsimos. De ijs vt ſemel iſta ratione & peculiari libello cōmonefierēt adoleſcētuli, quò minus varietate lectionum turbentur in poſterum: fortaſsis non omnis nobis opera luſa eſt. Viſum itaque tandem fuit, hoc quidquid eſt opellæ, quod pueris noſtris impendimus, pluribus quoque cōmune facere, & ad te etiam vir clariſsime, mittere: quem ſcimus non in medicina tantū factitanda, præclariſſimiſq; inuentis expoliēdis occupatiſſimum eſſe: ſed & piæ recreationis gratia Hebraicæ linguæ puncta omnia atq; apices excutere ſolere & perrimari. Atqui etiá quo iucūdius hoc tibi ſit diuerticulū, συζητητὴν delegiſti, quoties in tam ſuaui religioſæ reſpi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

rationis pauſa conquieſcere lubet licetq; eruditiſſimum illum polyhiſtora, Iacobum Mathiam Arrhuſium, publicum Græcarũ litterarum in regia Academia Hafnienſi interpretem, ſed & in Hebræa lingua Chaldæaq; & Syra, quemadmodum in totius humanioris eruditionis cyclopædia exercitatiſſimũ. Credo ego vos vel iſthac ratione, vulnus acceptum morte ſubita,ſed non improuiſa, clariſſimi viri, amici communis noſtri, tui verò ô Seuerine, Achatis fratriſq; fidiſſimi, D. D. IOHANNIS PHILIPPI PRATENSIS, ſtudiorũ iam inde ab ineunte ætate omnium, peregrinationumq; ac fortunarum, ſocij & æmuli amiciſsimi, mulcere atq; obligare. Iam verò & inter aulæ ſtrepitus moleſtiſsimos profectioneſq; crebras, ijs te ſolùm vti, ijſque te dedere vel patronis vel amicis, intellexi: quorum tum honorifica tibi eſt gratia atque amicitia, tum doctrinæ bonarumq; ſubiectionum plena ſunt colloquia. Atque vt reliquos taceam, non poteſt non optatiſsima tibi eſſe, cum candidiſsimo illo, omnibuſq; animi ac corporis dotibus ornatiſsimo, ARNOLDO WITFELDO, ſupremo regiæ maieſtatis Secretario, libellorumq; ſupplicũ magiſtro, conſuetudo. Quàm enim iſtius viri & elegans eru-

eruditio, & genus clarum , & genius morum ſuauiſsimus, multorum ipſi vſq; antehac conciliauit hominum ſtudia & amores : tá nunc in dignitate ampliſsima cóſtituto humanitas: in occupatione ſumma diligentia & alacritas, inter aulæ negotia , ſtudij cuiuſdam irremiſſus tenor, admirationi omnibus exiſtit. Nam de hoc poſtremo ſaltem vt dicam: gaudemus meritò , excitatum viri tam præſtantis ardorem, quo non præſentibus ſolùm hominibus ſatisfacere , ſed & de omni poſteritate bene mereri cogitat. Quantum enim diligentia & ſagacitate, quantũ vſu rerũ , quantũ gratia & autoritate poteſt, (poteſt aũt merito ſuo plurimũ) tantũ gentis noſtræ ſcriptis monumentiſq; rerũ geſtarũ vetuſtis ac memorabilibus vndiquaq. colligendis conſeruandiſque, iamdiu elaborauit. Conuertit autem ſua illa hiſtoriarum noſtratum tam diligenti conquiſitione , oculos in ſe multorum atq; animos: vt ſpem conceperimus certam , ipſum, ſi vel dimiſsio ab aulicis curis , vel remiſsio aliqua concedatur : totum illud in quod vindicare ſe vmquam poterit otium, collocaturũ in rebus patriæ ſuæ quàm primum illuſtrandis , & ad hominum memoriam cum dignitate propagandis. Certè dum proximis aliquot con-

greſsibus, id quod antea auditione tantū acceperam, coram didiciſſem, tantopere ipſum hiſtoriarum ſtudio flagrare: tuoſq; ad tam bene currentem ſecundos applauſus incitationeſq;: mihi tum reip. cauſſa cor gaudio ſubſilijt; ſimulq; animum meum ex re ipſa ſubijt, has non quidem rerum, ſed vocularū; ex doctiſsimi Aldi ſcripto, pueris à me decerptas antiquitates, tibi offerendas, tuoq; iſtas pagellas inſcribendas eſſe nomini. Perſpexiſſe enim tū mihi videbar, te minimè faſtidioſum eſſe operarum ſcholaſticarum æſtimatorem: & adoleſcentibus popularibus tuis, maximo ad virtutis eruditioniſq; decus affectandum, fore nomen tuum incitamento. Quod itaq; libellum iſtum puerilibus ingenijs accommodatum, ex alijs exſcripſerimus, noſtro in teneram ætatem ſtudio; quod tibi inſcripſerimus, noſtro in te ipſum amori condonabis. Vale. RIPIS, Cimbricæ Cherſoneſi, Cal. April. cIɔ Iɔ LXXIX.

Petrus Hegelundus
Ripenſis.

A

A, *pro* ab; *&* E, *pro* ex; *&* O, *ſine accentu ſcriberẽ, ex antiqua conſuetudine, & ex Quinctiliani auctoritate. Nihilo etiam magis, ſi accentum addas, quid ſignificet, oſtendas.* [Inſigniuntur tamen iſta vulgò accentibus, *à è ò*: fortaſſis vt euidentius ab ijs vocibus quibus interiecta ſunt, diſtinguantur. Ita & Aduerbia quædam, Certò, Liquidò, Profectò: item Amabò. Quod etiam Priſciano (inquit Camerarius) placuiſſe animaduerto, vt partium orationis diſcrimen hoc modo indicetur. Sed multo melior autor Fabius hoc fieri oportere negat, quia nulla Latina dictio multarum ſyllabarum, habeat acutum tonum in vltima, quod Græci nominant ὀξύτονον. Non ergo oportet inculcari differentiæ cauſſa id, quod in natura ſermonis non eſt, vel quod huic potius contrarium eſt. [vide infrà in dictione, Pæne.] *Quòd, & Quàm, ne pronomina viderentur, interdum apice ſupraſcripto notari, doctis quibuſdam placuit.*

Abiicio, Adijcio, *&* Obiicio, *duplici* ij*: cum ſint à verbo* Iacio*: & A littera conuertatur in* I*: Idemq́; in præterito mutetur in* E, *vt Afficio,* Conficio, *Officio, Reficio, abiecit, adiecit, obiecit, reiecit & ſimilia.* [verbum iſtud non Icio, ſed Iacio eſt: & præteritum non Icit, ſed Iecit: inquit Gellius lib. IV. cap. XVII.

Accenſus, *non* adcenſus.

Accerſo, *ere, euocare eſt.*

Arceſſo, *ere, accuſare, ab Arceo.* [Sicut faceſſo à facio, capeſſo à capio, laceſſo à lacio, inceſſo ab incedo,

ACTIVM, *cum* CT, *promontorium*, [Epiri: ἀκτὴ, id eſt, ſecretum & amœnum litus. ἀκταῖος litoralis, Atticus. Nam & Attica, antiquitus Acte vocata fuit, teſte Plinio: Virg. Æneid. v.

At procul in ſola ſecreta Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant.–]

Adoleſcens: *non* Aduleſcens: *vtpote ab oleſcendo, id eſt, creſcendo. vnde & Indoles, & Adultæ.* [vide infrà, Soboles.]

Adſciſco, *non* Aſciſco: *alioqui ſecunda littera præpoſitionis* Ad *periret: quæ in compoſitione vel remanet, vel immutatur. remanet in Adaugeo, Adhibeo, Adhæreo, Adduco, Adbibo, Adſcribo: mutatur in Affluo, Affirmo, Afficio, Appropero, Allicio, Attero, & ſimilibus. Aſcenſu tamen, abſq. D. littera, legitur.*

Æditimus, *an* Æditutus, *ſcribendum ſit, nondum ſatis liquet. A. Gellius lib.* XII. *cap.* X. *à tuendis ædibus nomen deriuat: qui M. Varronem ſenſiſſe dicit, magis æditimum ſcribi oportere, quàm æditum: quòd alterum* [æditutus] *ſit recenti nouitate fictum: alterũ* [æditimus] *antiqua origine incorruptum.*

ÆMILIVS, *cum* I, *non cum* Y, [quamquam Græcis eſt, αἰμύλιος blandus.]

Ærumna, *cum* Æ; *à Græco* αἴρειν, *vel quòd mærorem minuat; aut per ſolum* E, *quòd mentem eruat.*

Ætherius [αἰθέριος] *non* Æthereus, *ſicut* Aërius.

AFRICA, *non* APHRICA. [Nam illud ἄνευ φρίκης futile eſt. Camer.]

Aggredior, Afficio, Affinis *& ſimilia, ob pronunciandi ſuauitatem placent, mutata ſecunda littera præpoſitionis. etenim Veteres etiam ipſos multum auribus*

tribuiſſe

tribuiſſe video: ideoq́; dicebant, Aufugit, Aufer; non Abfugit, Abfer: &, Ignoti, Ignaui, Ignari; non, Innoti, Innaui, Innari: vt ait Cicero *in Oratore.*

AGRAGENTVM, *non* AGRIGENTVM, Græcè ἀκράγαντος. [vrbs Siciliæ] *Plinius quoque Agragantium bitumen dixit, lib.* III. *cap.* 8. *& Virg. Æn. lib.* III.

Arduus inde Agragas oſtendit maxima longè.

AHENOBARBVS, *non* AENOBARBVS; *Domitiorum cognomen.*

ALIA, *flumen; vnde, Pugna Alienſis, vnica* L *ſcribi oportere exiſtimauit Seruius, ſuper illud Virgilij Æneid.* VII. *Quóſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen. Sed Poëtam metri cauſa alteram* L *addere, vt in Relliquijs, Relligio.* [Id verò pluribus, propter exempla multa ſimilia, in quibus geminatur LL. non placet.]

Alica, *ſine adſpiratione.* [ſpecies frumenti, q: quòd alat corpus.]

Alitus, *melius dicitur (inquit Diomedes) quàm* Altus, *ab alor, vitandæ ambiguitatis gratia. Altus, eſt in oratione pro Plancio, & Alta, in Bruto Ciceronis; pro Alitus & Alita.*

Allectus, *non* Adlectus; *aurium iudicium ſecutus.*

Alucinor, *libenter ſcribo, ductus auctoritate Feſti, & vnica* L: *& placet Etymologia, dictum eſſe, quaſi, A luce aberro.*

Amœnus, *per Oe. Seruius Æneid. lib.* I. *Amœna, inquit, quaſi Amunia, hoc eſt, ſine fructu.*

ANNÆVS, *cum* Æ, *familia in Hiſpania, è qua Lucanus poëta, & duo Senecæ.*

Antlare, *Feſtus dicit, à Græco* ἀντλῶ, *deductum: non*

Anclare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Anclare: *Itemq́; Exantlare (quod & in Plauto legitur) hoc eſt, exhaurire.*

Anulus, *vnica* N, *ex antiqua conſuetudine; cum qua videtur conſentire Etymologia; cùm deducatur ab* Ano; *quaſi Anulus ſit paruus Anus. nam à Græco deduci nõ placet. Alij ab* Anno *deriuatum putant, quòd in ſe redeat vt Annus: ex quo duplici* NN *ſcribendum affirmant. Ego & antiquitatem ſequor, & veriorem, vt arbitror, Etymologiam.*

APENNINVS [mons qui vniuerſam Italiam diſpeſcit] *vnica* P, *& duplici* NN. [Alij ſcribunt Apœninus, q: Alpes Pœnorum, per quas Hannibal ſibi arte & vi viam primus fecit.]

APOLLO *vnica* P, *& duplici* LL. [Ἀπόλλων.]

APVLIA, *&* APVLVS, *vnica* P. Apulia *primã ſyllabam modò corripit, modò producit; ſecundam verò ſemper producit, vt ex Horatij verſibus liquet, Græciq.* Ἀπουλία *ſcribunt. In* Apulus *autem ſemper producitur prima, corripitur ſecunda; vt idem Horatius, præterea Lucanus, Martialisq́; oſtendunt.*

Arena, *ſine adſpiratione; vt deducatur ab Ariditate; id quod magis placet Seruio.* Harena *ab Hærendo, quod magis probatur Cariſio Grammatico.*

Ariſta, *etiam ſine adſpiratione, ab Ariditate.*

Artus, *non* Arctus, a, um, *ſcriptum video in antiquiſſimis libris.*

Attuli, *non* Adtuli; *& ſimilia; aurium ſenſu comprobante.*

Auctor, *&* Auctoritas, *cum* CT: *ab Auquo:* [alijs placuit ſcribi Autor, vel ab aueo, aui, autum: vnde deduxit Rodolphus Agricola: vel ab αὐτός. eſtq. generis communis. Ouid. Faſt: v.

Opti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Optima tu proprij nominis autor eris.]

Aula, *ſimplici* L. *vnde Olla. ne quis putet gemina* LL *ſcribendum, vt Paulla, Polla. de quo ſuo loco.*

Aurifex, & Aurufex, *cognatione litterarum* I & V: *vt in Optumus, pro Optimus, & ſimilibus.*

B

BÆTICA, *prouincia, cum* Æ, & *ſine adſpiratione.*

BALIARES, & BALIARICVS, *ſcribendū per* I, *non per* E. *Græci quoque* Βαλειαρίδες.

Balneum, *ſiue* Balineum. *Vtroque enim modo veteres pronunciabant.*

Bellua, LL *geminata; quòd ab ea Bellum deducatur.*

Bibliotheca, *aut* Bybliotheca, *non* Biblyotheca: *ex Græca conſuetudine.* [Græci enim promiſcuè ſcribunt, τὰ βιβλία, & βυβλία, codicilli libri; ἡ βύβλος charta.]

B'LÆSVS, *cum* Æ: *cognomen Semproniorum.*]

Bracchia, *duplici* CC. [Græcè tamen eſt βραχίων.

BRITANNIA, *vnica* T, & *duplici* NN.

BRVNDISIVM, *non* BRVNDVSIVM.

BRVTTII, *duplici* TT; *Italiæ populi.*

Bucina, *vnica* C. *Iſidorus enim Bucina, inquit, dicta à Voce; quaſi Vocina.* [Vulgo tamen duplici cc ſcribunt, tamquam deriuatum à Bucca.]

BYZACIVM, & BYZANTIVM.

C

CÆCILIVS, *cum* Æ.

CÆCINA *cum* Æ, *à Cæcus.*

Cælebs,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Cælebs, *per Æ, quòd cælo dignam agat vitam.*

Cælo, *las, cùm ſcalpo ſignificat, cum Æ diphthongo.*

Cælum, *cum Æ. libri, Virgilius Carpenſis, & lapides. Quidam à cælando deducunt, quod verbum item cum Æ ſcribitur. Plinius, lib. 2. cap. 4. Cælum haud dubiè Cælati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro. Iſidorus quoque lib.* XIII. *cap. 4. Cælum, inquit, vocatum, eo quod, tamquam cælatum vas, impreſſa lumina habeat, ſtellarum veluti ſigna. nam Cælatum dicitur vas, quod ſignis eminẽtioribus refulget. Præterea, Cæſium colorem, à* Cælo *deduci, teſtatur A. Gellius:* Cæſium *autem cum Æ ſcribi nemo ignorat. Gellij verba ſunt lib.* 11. *cap. 26. Cæſia, inquit, dicta eſt, quæ à Græcis* γλαυκῶπις, *vt Nigidius ait, de colore cæli; quaſi cælia.*

Cænum, *pro limo, cum Æ.*

Cærimoniæ *cum Æ in prima, &* I *in ſecunda, videtur ſcribendum. Deductum hoc nomen, vt ait Feſtus, quidam à caritate putarunt, quod abſurdũ eſt. Quid enim cærimonijs cum caritate? aut quæ omnino ſimilitudo? Iſidorus quoq., & Maſſurius Sabinus apud Gelliũ, lib. 4. cap. 9. & Macrob. lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 3. à careo deriuant. Ego à* Cærete *opido, vel potius à* Cæritibus*, eius opidi incolis appellatas* Cærimonias *puto. quod confirmat T. Liuius lib.* V. *& Valerius Maximus. Sunt etiam, qui à cælo deriuent: quòd ſcilicet ad cæleſtium honorem pertineant: vt cærimoniæ, quaſi cælimoniæ, vocentur: ſicuti & cæruleus, pro cæluleus, dicitur. ita patebit diphthongi cauſſa. Nam Cælum cum Æ ſcribi, iam oſtendimus. Nec deſunt huius generis exempla, in quibus* I, *non* E, *in ſecunda ſyllaba reperitur: vt Querimonia, Alimonia,*

Parci-

Parcimonia, Săctimonia, Mercimonia. [Qui ſimplici E ſcribũt, à Cerere deducere vidẽtur, vel ab ἱερός.]

Cæruleus, *cum* Æ, *quaſi Cæluleus, à cælo.*

CÆSENA *vrbs Italiæ cum* Æ.

CÆSIVS, *cum* Æ.

Cæſtus, *cum* Æ, [arma pugilum. Virg. Æneid. v.

Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu.]

CALPVRNIVS, *non* CALPHVRNIVS; *aut*, CALFVRNIVS; *deducitur nomen à Calpo Numæ filio.*

CALIDON, *cum* I, *non cum* Y. [Ætoliæ opidum: Sed eſt & in ea Britanniæ parte, quam Scotiã vocant, Silua Calydonia, in quo tamen ſignificato, ſcribitur plerũq; Caledonia, per ſecundã vocalẽ.]

Camara *dicitur, vt Verrius Flaccus affirmat, (apud Cariſium, lib.* I.*) non* camera, *per* E. *Sed Lucretius -cameraq́; caminis Ex cratibus dicendo, etiam cameram dici poſſe, oſtendit.* Camera, *(inquit* Feſtus*)* & Camuri Boues *à curuatione, ex Græco* καμπή, *dicuntur.*

CARTHAGINIENSIS, *non* CARTHAGINENSIS. *Chartaginis autem nomen à Charta deducit Seruius in Virg. lib.* I. *Æneid.*

Carus, & Caritas, *ſine adſpiratione.*

CATVLLVS, *Valeriorum cognomen, duplici* LL.

CATVLVS *autem Lutatiorum cognomen, vnica* L.

Cauſſa, *duplici* SS, *à Caueo: vt ſit cauſſa quaſi cauiſſa.*

Cedrus, *ne quis contra Græcam etymologiam cum diphthongo ſcribat.* [Eſt enim κέδρος.]

Cella, *ſine diphthongo, & duplici* LL.

Celo, *pro* Occulto, *ſine diphthongo.*

Cena, *ſine diphthongo; alij ſcribunt cum* Æ, *malè omnino. nam, ſi eſſet diphthongus apponenda, eſſet potius*

Oe. ſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Oe. Iſidorus enim cœnam ait vocari à communione veſcentium; κοῖνον *quippe Græci commune dicunt.*

Cera, *ſine diphthongo* [Græcè κηρός.]

CERIALIA, *non* CEREALIA.

Ceſtus, *ſine diphthongo;* [κέστος] *cingulum Veneris, à Græco* κεντεῖν: *vnde* κεστρὸν, *genus teli.*

Cetera, *ſine diphthongo.* [Vulgo Cætera, q: καὶ ἕτερα.]

Circumuenio, *non* Circunuenio, *& ſimilia.*

CIVS, *non* TIVS, *ita ſcriberem vt pronunciatur, in deriuatis aut à ſupinis, aut à nominibus; à ſupinis, vt Aduenticius,Ficticius, Editicius, Tranſlaticius, Impoſiticius, Inſiticius, Dediticius, Repticius, & ſimilibus: à nominibus, vt Patricius, Tribunicius, Ædilicius, Latericius, Nouicius, Compitalicius.*

Cloaca, *non* Cluaca.

CNÆVS, *prænomen, cum* C *&* Æ *diphthongo.*

Cœpi, *cum Oe, pro Incepi; ab antiquo verbo Cœpi.* [Sed Capio facit cepi.]

Collega, *non* Conlega, *& ſimilia, aurium ſenſu comprobante.*

Comiſſatio, *vnica* M, *& duplici* SS, *ex Feſti ſententia, qui deducit à vicis, quos Græci* κώμας *dicunt: vnde* κωμάζω. *Sunt qui ſcribant* Comeſſatio; *vel* Commeſſatio; *contra omnem antiquitatem.*

Comprehendo, *ſine diphthongo.* [Etiam contracta Prendo, Prenſus, Prenſo; pro prehendo, prehenſus, & prehenſo, ſine diphthongo ſunt.]

Concio, *cũ* C, *quaſi Conuocatio: vt à verbo Conciere deductum eſſe videatur; non verò Contio.*

Condemno, *non* condempno: [De complexione conſonantium in his dictionibus; emptum, contempſi, ademptum, & ſimilibus, non eſt diſputandum,

tandum, cùm ſcriptura mendoſa ſit inſerta littera P. IOACH. CAM.]

Condicio, *cum* C, *ex antiquis libris.* [Eſſet ne verius conditio per T, quippe verbale à Condo, conditum? atqui ita placet Camerario.]

Coniux, *ſcriberem; non* coniunx; *aut* coiux, *Nam placet deriuare à Iugo, vel à Coniugo, verbo: vt videtur ſenſiſſe Catullus: Tum Thetidi pater ipſe iugandum Pelea ſenſit.* [*& Virg. Æneid. 1. Cui pater intactam dederat, primiſq́; iugârat Ominibus.*]

Connubium, *duplici* NN, *ratione compoſitionis.*

Conſidero, *cum* I, *non cum* Y; *quia Latinum eſt, non Græcum.* [Sic & Deſidero & Sidus, per I, ab Inſidendo: de quibus poſtea.]

Conſumo, *conſumis, vnica* M.

Conſummo, *as, duplici* MM.

Conuicium, *cum* C, *quaſi conuocium; vel à vicis, vel fortaſſe ab vtroque, id eſt, à confuſis vocibus in vicis.*

Culcita, *non* culcitra.

Cunctari, *non* contari. *Feſtus à Verrio diſſentiens, Percunctatio, ſcribi vult, non Percontatio: quòd is qui curioſè quid interrogat, per cuncta viſit.*

D

Definitio, *ſcriberem libentius, quàm* diffinitio. *Sic &*

Deſignator, *potius quàm* diſſignator.

Delectus, *à verbo deligo, ex De & Lego: quaſi de multis lego: non* dilectus. *Sic & Decerpo, quaſi, de multis carpo.*

Deliciæ, *cum* C, *à Delicatus.*

DELMATÆ, *non* DALMATÆ.

Deminuo, *non* diminuo, *libri veteres.*

Deſidero, *cum* I, *non cum* Y. *Latinum enim eſt.*

Diœceſis, *non* Dioceſis. *Græci quoq.* διοίκησις *dicunt.*

Diſſicere, *verbum exſulat hodie à lingua Latina & bonorum auctorum libris. Ego exiſtimo Diſſicere propriè idem valere, quod diſſecare: Nam & in alijs compoſitis verbi* SECO, E *mutatur in* I. *Sic Subſicius* [vulgo Succiſiuus: vt horis ſucciſiuis, *id eſt,* παρέργως] *nam ita in vetuſtis libris perpetuò ſcribitur. A Diſſeco, cas, ergo eſt Diſſectus, vel Diſſecatus, & Diſſectim aduerbium, & Diſſicio idem quod diſſeco. Priſcianus quoq.* XIV. *vbi de* DIS *præpoſitione agit, enumerat quoque Diſſicio. Sed omnem ſcrupulum eximit Lactantius, qui lib.* II. *cap.* IIX. *ita ſcribit: Cape igitur hanc, inquit, cotem, eámque nouacula diſſice: at ille incunctanter accepit, & ſecuit. Videtur etiam in Virgil. legendum eſſe lib.* VII. *Æneid: Diſſice compoſitam pacem, ſere crimina belli. Atque ita eſt in antiquis codicibus. Idem lib.* 12. *–ille ſecuri*

Aduerſi mediam frontem mentumq́; reducta
Diſſicit, & ſparſo latè rigat alma cruore.

Sic libri veteres omnes. Et in Prudentio: Tu Chriſte ſomnum diſſice, i. diſſipa, diſcute. Et in hymno de Laurentio: Cùm membra morbus diſſicit.

Item illud Næuij, Saxa, ſiluas, lapides, montes diſſicis, diſpulueras.

DOLABELLA, *non* DOLOBELLA, *cognomen Corneliorum. venit enim à Dolabra, per deminutionem.*

DOMITIVS, DOMITIANVS, *cum* T.

Dumtaxat *aduerbium, cum* M.

Ecloga,

E

Ecloga, *non* Egloga, *aut* Ægloga, *à Græco* ἐκλογή.

Epiſtola, *nō* Epiſtula. *Nā deducitur* ἐπιστολὴ *ab* ἐπιστέλλω, *ſicut Stola & Apoſtolus ab eodem verbo, &* διαστολή.

ETRVSCVS, *ſine Adſpiratione.*

Eulogium, *non* Elogium, *aut* Eclogium. *libri veteres & Græca conſuetudo.*

Exhodus, *cum Adſpiratione. Quia componitur à Græco* ὁδὸς: *nec aliter libri veteres.*

Exſatio, & Exſaturo, *recepta S, ratione compoſitionis, & veterum librorum autoritate. Nec me mouent quidam, qui in* x, c *&* s *litteras ineſſe dicunt, ideóq.* s *ſuperfluum eſſe contendunt. nam in Extundo, Exhilaro, Exprimo, Expoſco, & ſimilibus,* s *littera non eſt neceſſaria: cùm eorum verborum origo ſit Tundo, Hilaro, Promo, Poſco: & tamen cùm in* x *ſit* c *&* s, *vt ijdem dicunt,* s *his quoque adſcribimus: in ijs autem verbis vbi ex compoſitione manifeſtum eſt* s *litteram eſſe;* x *contenti eſſe debemus.*

Exſcribo, *non* Excribo; *eſt enim manifeſta compoſitio: & quamquam* s *in pronunciando non ſatis intelligitur, abijcienda tamen in ſcribendo non videtur.*

Exſilio, *non* Exilio, *recepta prima verbi littera. nam componitur ab* Ex *& Salio.*

Exſoluo, *cum* s, *ratione compoſitionis.*

Exſpecto, *cum* s. *componitur enim ab Ex & Specto, non Pecto, quod aliud ſignificat.*

Exſto, *non* Exto, *ab Ex & Sto.*

Exſtruo, *cum S. ab Ex & Struo.*

Exſudo, *cum S.*

Exſulo, *cum S. Quia Exul dicitur quaſi Ex ſolo eiectus.*

Exſupero. *Quia componitur ab Ex & Supero.*

Exſurgo, *non* Exurgo, *& ſimilia ſcribo, conſeruata prima verbi littera. Scaurus etiã idem videtur ſenſiſſe, cùm dixit ſic ſcribẽdum, Exſpecto, Exſulo, & ſimilia.*

[De his ita IOACH. CAMER. Exſilium & Exſpes, & Exſpecto, Exſequor, ac ſimilia reperiuntur in quibuſdã libris, qui ſunt, vt dicã, νεοπάλαιοι. Et annotauit Priſcianus hanc ſcripturã, cùm quidẽ improbet, & eſt improbanda. Non enim duæ geminatæ conſonantes alterã conſonantem ſequuntur. Neq; dicimus abſſciſſus, aſſpicio, aſſpiro, deſſpicio, & ſimilia. Sed aſpicio, abſciſſus, deſpicio; & ſimiliter, exul, exilium, exequor, expes, expecto, expuo, expolior, aſpiro. Item alio in loco; As, ſto. as, ſpicio. dis, ſpicio. ſus, ſpiro. as, ſtipulor. ſus, ſpicio. ſus, ſcribo. ſus, ſterno. & ſimilia: Vera illa quidem ſunt, cùm habeant præpoſitionis *ad* mutatam conſonantem. Sed molliuntur proferendo, Aſto, aſpicio, diſpicio, ſuſpiro, aſtipulor, ſuſpicio, ſubſcribo, ſuſterno. Sic & in extirpo & extinguo, exto, expecto, non eſt cur ſ littera inſeratur.]

F

FABRICIVS, *cum C.*

Fabrum, *non* Fabrorum, *probaſſe Cicero videtur. Eius hæc ſunt, in Oratore: Iam, vt Cenſoriæ Tabulæ loquuntur, Fabrum, & Procum, audeo dicere; non,* Fa-*brorum,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

brorum, & Procorum.

Facillimus, & Difficillimus, *ſcribo, cum gemina* LL, *vt producatur ſyllaba, quæ alioqui breuis eſſet: in quo me mouent exempla Poëtarum. Alijs placet ſcribi vnica* L: *cum quibus non diſputo. ſuum enim quiſque amat: &, vt in Prouerbio eſt, Sua cuiq. ſponſa.*

FALISCI, *populi, non* PHALISCI.

Fæx, *cum* Æ. *libri veteres.*

FANNIVS, *duplici* NN, *familia Romana.*

Fecundus, *ſine diphthongo. Varro: Fenerator, à fenore eſt cognominatus. Fenus autem dictum eſt à fetu, & quaſi fetura quadam pecuniæ parientis atque increſcentis.*

Felix, Felicitas, *ſine diphthongo.* [In Latinis multis pro longis vocalibus cœptæ fuerunt ſcribi diphthongi, vt fœlix, felix, quia veteres ſcripſerunt feelix. IOACH. CAMER.]

Femina, *ſine diphthongo,*

Fenus & Feneror *ſine diphthongo. Sic enim videtur ſenſiſſe Feſtus, cùm hæc dixit: Fenus appellatur naturalis terræ Fetus: ob quam cauſſam & nummorum fetus Fenus eſt vocatũ, quòd crediti nummi alios pariant, vt apud Græcos eadem res τόκος dicitur.*

Fenum *quoq; pratorum ab hac cauſſa eſt appellatum, quando idipſum, manens quotannis, nouũ parit. Vnde etiam Feſtuca vocata eſt. Idem etiam tradit Varro. Quamquam etiam moneat, ætate ſua ab alijs cum* Æ, *ab alijs ſine A ſcribi ſolitum. A. Gellius lib.* XVI. *cap.* 12. *Fenerator appellatus eſt, quaſi φανερώτερον, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον: quoniam id genus hominum ſpeciem oſtentent humanitatis, & commodi eſſe videantur inopibus nummos deſiderantibus.*

Huius inconſtantiæ ſigna ſunt in antiquis lapidibus, & libris: cùm alij, Fenus, alij, Fænus, habeant; item FOEN. *cum Oe.*

FESCENNINVS, *duplici* NN.

Fetiales, *cum* T. *Græca conſuetudo.*

Fetus, *ſine diphthongo.*

Flameus, *color, vnica* M. *Feſtus dixit flameum colorem dictum eſſe, eo quòd eo vteretur Flaminis vxor Flaminica. Flamen autem ſcribi vnica* M, *nemo, paullo humanior, neſcit.*

FLAMINIVS, *gentis Romanæ nomen, vnica* M.

Flamma, *duplici* MM.

Fœdare, *pro, Inquinare, cum Oe.*

Fœdus, *cum Oe.*

Frenum, *ſine diphthongo. Sic &*

Fretum. [quippe prima ſyllaba breui.]

G

Genitrix, *non* Genetrix. *Non enim dicimus Genetus, ſed Genitus.* [Verbalia enim in Tor, Trix, Tium, Tio, Mentum, Crum, retinent pænultimam proprij ſupini. vt, victor, victrix, ſolatium, conſolatio, teſtamentum, ſepulcrum, ſimulacrum.]

Glæba, *cum Æ diphthongo.*

GOTHI, *populi, cum Adſpiratione.*

H

HADRIANVS, & HADRIA, *cum Adſpiratione.*

Hædi, *cum Æ. ex* M. *Varrone.*

HALICARNASSVS *gemina* SS. *Græca conſuetudo.*

HAN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

HANNIBAL, *cum Adſpiratione.*

Hariolus, *inquit Donatus in* Terentium, *quaſi* Fariolus: *à Fatis, & à Fando.* H *enim, pro* F, *& item* F, *pro* H, *in multis locutionibus mutabantur. An ab halando? nam halitu ſolent excludere velut mortalem animam, vt diuinam recipiant.*

Haruſpex, *cum Adſpiratione. Donati verba ſunt in Terentij Phormionem act. 4. ſc. 4. Haruſpex ab Haruga nominatur. Nā Haruga dicitur hoſtia, ab Hara, in qua concluditur, & ſeruatur. Hara autem eſt, in qua pecora includuntur.*

Haſta, *cum Adſpiratione.*

Haue, *cum Adſpiratione. Aue autem ſine Adſpiratione rarò admodum ſcriptum animaduerti.*

HECATE, *cum Adſpiratione.*

Hehe, *dolentis.*

Heluo, *cum Adſpiratione, & vnica* L. *Feſtus, his verbis: Heluo dictus eſt, immoderatè bona ſua conſumens, ab Eluendo. Cui adſpiratur, vt auiditas magis exprobretur; fit enim vox incitatior.*

HERENNIVS, *duplici* NN.

Heres & Hereditas, *ſine diphthongo.*

Hibernum, *cum* I.

HIBERVS, *cum Adſpiratione.*

Hiems, *cum* I. *libri veteres. Virgilius Carpenſis, & Etymologia. deducitur enim ab Hiando, vt ait Varro. Nam ἀπὸ τοῦ ὕειν deduci non placet, vt quidam putant. Nequaquam verò* Hiemps *ſcribendum eſt.*

Hilarus, *a, um, cum Adſpiratione &* I.

HIRTIVS, *cum* T.

Hiſtrio, *cum Adſpiratione.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Holus, & Holera, *cum Adſpiratione.*

Horti, *cum Adſpiratione.*

Humillimus, *gemina* LL *: ſicut in Facillimus & Simillimus.*

I

IDÆA, *cum* Æ, *ſcribo, epithetũ matris magnæ Deûm.*

Idea, *verò ſine diphthongo : cùm eſt id quod mente concipimus;* ἰδέα.

Iccirco, *non* Idcirco *ſcripſerim libentius. Quemadmodũ & Accedo, Accipio, Accommodo, Accumulo, & ſimilia; quo lenior pronunciatio ſit .contrà tamen etiam inuenitur.*

Illic, *non* Illhic.

Illuſtris, *malo quàm,* Inluſtris, *vt Illectus, quã Inlectus, Illudo quàm Inludo. Cur enim nõ cõſulatur auribus?*

Imber, *ſine Adſpiratione. Quamuis deducatur* ἀπὸ τοῦ ὕειν, *Græcè* ὄμβρος *dicitur* παρὰ τὸ ὁμοῦ ῥεῖν.

Immo, *duplici* MM. [Aduerb. De literarum duplicatione ita monuit CAMER. Veteres conſonantibus vſos eſſe geminatis negant. Sed cùm pleniorẽ repetita aliqua ſonum eſſe vellent, ſuper conſonante apicem collocaſſe traduntur, quemadmodú & productam virgulã ſuper longis, vt, Põpulus Alcidæ gratiſſ. Tale Nũmus, Sẽra, Tibũlus, Catũlus. Quæ ſunt Nummus, Serra, Tibullus, Catullus. Sed poſtea, cũ geminę ſcribi cœpiſſent, ſſ, geminatum fuit ſæpe in mediis ſyllabis, quòd huius ſonus in lingua Latina per eſſet exilis. Hinc eſt Cauſſa, Auſſus, Caſſus, Cæſſus. Quod nunc etiam ſequi, fortaſſe aliis in quadam curioſitate ineptum,

aliis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

aliis à ſtudio Latinitatis neutiquam alienum eſſe videatur, vt de hoc præcipere aliquid, non libeat.]

Imperioſſius, *gemina* ss, *&* Verrucoſſius, *&* Querella. [de quibus ſuo loco.]

Inceſtus, *ſine diphthongo; à Græco* ἀνάκεστον [i. inexpiabile, deploratum, ab α, non ἀκέω medeor.] *Feſtus & Q. Papirius Grammaticus, qui deducunt ab In, & caſtus;* A *in* E *mutata.* [Phil. Mel. à κέστος, cingulo Veneris (de quo antea) quaſi ſine Ceſto, id eſt, ſollemnitate & legibus coniugij].

Inchoo *malim quàm* Incoho: *In quo ſequor Feſtum & Scaurum, qui à Chaos deducunt.*

Increbeſco, *dixerim: &* Increbuit, *in præterito: (non* Increbreſco *&* Increbruit.*) Sicut Erubeſco, erubuit. Vt enim à Ruber fit Rubeo, Rubes; & à Rubes, addita Co, fit Rubeſco: Sic à Creber deductum eſt inuſitatum hodie verbum, Crebeo, es: vnde factum eſt Crebeſco & Increbeſco. Non enim me mouent Nigreſco, & Macreſco; nam deducuntur à Nigreo, & Macreo: cùm, Rubeſco à Rubeo; & Crebeſco, à Crebeo.*

Indutiæ *cum* T, *quaſi Inductæ, ſcribendum puto, ex ſententia Gellij lib.* I. *cap.* XXV. *Qui indutias, inquit, ſic dictas arbitramur, quaſi tu dicas, Inde vti iam. Pactum indutiarum eiuſmodi eſt, vt in diem certum non pugnetur, nihilq́ incommodi detur: ſed ex eo die poſtea, vti iam omnia belli iure agantur, & inde vti iam pugnetur.*

Infitior, *cum* T, *libri veteres. Feſtus quoq́ Infitiari dictum putat, quaſi creditum fraudare. Qua definitione, videtur Infitior deducere ab Infiteor.*

In primis, *malo, quàm* Imprimis, *aut aliter: vt differat à ſecunda perſona verbi Imprimo, cùm* N *ante* P,

in M *mutetur.*

Internundinium, *non* Internundinum, *Victorinus Afer Grammaticus ſcribendum præcipit : cuius hæc ſunt verba: Internundinium ſcribendum. vt enim Interlunium, & Trinoctium : ita Internundinium, quod nouem dies inter ſe continuos habeat, non quod nono die ſit.*

Irritare, RR *geminata: quod verbum ait Donatus à canibus eſſe deductum, qui, reſtrictis dentibus,* R *litteram imitantur.* [Qui vno R ſcribunt, ab Ira deducunt.]

Iſtic, *non* Iſthic.

ITIVS *portus: de quo Cæſar & Strabo; non* ICCIVS.

IV, *pro* IIII. *pleriq. veteres ſcribebant.*

Iucundus, *non* Iocundus. *pluris enim apud me eſt Ciceronis auctoritas, quàm omnes & lapides & Grammatici, ſi qui ſunt, qui aliter ſentiant. Quamuis poteſt & à Ioco deduci. Is igitur ſic, libro 2. de Finibus: Hanc iucunditatem transfer in animũ. Iuuare enim, in vtroq. dicitur, ex eóq. Iucundum.*

IVPPITER, *duplici* PP.

Iuriſconſultus *reperio in antiquis lapidibus, non* Ureconſultus. *Pleriſq. tamen placet Iureconſultus.*

Iuriſdictio, *non* Iuriſditio.

K

Kæſo, *cum* K *& diphthongo, prænomen Fabiorum.*

Kalendæ, *cum* K. *libri veteres, & lapides Capitolini, & alij: præterea Seruius Honoratus, Diomedes lib. 2. cap. 1. Terentius Scaurus, & Victorinus Afer.* [Sed in primis eſt alienum, quod etiam Kalendas

hanc

hanc litteram habere voluerunt; cùm Græcas Kalendas nullas eſſe etiam prouerbio ſignificetur. I. Camer.]

L

Lacrymæ, *ſine Adſpiratione, & cum* Y: *vt à Græco δάκρυον deducatur; quod etiam libri veteres, & lapides confirmant: in quibus eſt, Lacrumæ,* V *pro* Y *vſurpata. vt in, Sulla pro Sylla. Priſci tamen Romani, Lachrymæ, cum Adſpiratione dicebant, vt ait Gellius lib. 2. cap. 3. & Cicero in Oratore.* [Idem Camer. In ſermone Latino nulli conſonanti aſpirari verum eſt; itaq. & de Græcis verbis detractæ fuerunt aſpirationes, vt docuit Iouianus Pontanus. Quapropter ſcribem⁹ Pulcer, Orcus, Lurco quoq;. etſi hæc Probus adſpirationem habere putat. Nam de aliis pronunciat, omnia eſſe peregrina, quæ poſt c litterā aſpirationē habeant, vt Chorus, Charon, Charta. Sic dicemus, Schola, Schema. Erit & Cachinnus Græca origine.]

L'ÆLIVS *cum Æ. familia Romana.*

Læna, *cum Æ, genus veſtimenti. Feſtus, qui deducit à Græco χλαίνη: & libri veteres.*

Læua, *cum Æ. Feſtus & lapides. Contra Nonij ſententiam, qui deriuat à Leuando.* [& Græcis eſt λαιός.

Lapicidina, *malim ſcribere, quàm* Lapidicina, *cùm à lapidibus cædendis dicatur.*

Leæna, *cum Æ, à Græco λέαινα.*

LEMANNVS, *lacus, duplici* NN.

Letum, *ſine diphthongo, & ſine Adſpiratione. Placet enim Priſciani ſententia, qui deducit à Leo, les, quo veteres vtebantur pro Deleo, quòd omnia mors deleat,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

deleat. Appuleius quidam Grammaticus deducit à Luo: ideoq; ſcribi vult cum Æ *diphthongo: quod mihi non perſuadet. Varro, & Feſtus, à Græco* λήθη *deriuatum putant. quod ſi ita eſt, cum Adſpiratione ſcribi debuit, quam in antiquiſſimis libris nondum vidi: ideoq; Priſciani opinionem libenter ſequor, aſſentientibus & antiquis lapidibus.*

LICINIVS, *non* LICINNIVS.

Ligula, *à doctis ſcribitur :* Lingula *à Grammaticis. Martialis lib. vlt. Quamuis me Ligulam dicant Equiteſq; Patreſq;, Dicor ab indoctis Lingula Grammaticis. Feſtus, Lingulam, per deminutionem Linguæ, dictam putat. Soſipater Cariſius, lib. 1. Ligulam vſu frequentari, ſcribit.*

Ligurrio *duplici* RR. *libri veteres.*

Litteræ, *duplici* TT, *libri veteres.*

Litus, *vnica* T, *Pierius ait ſcribendum ex antiquis libris & ex Analogia: cùm deducatur à Lido, ſiue Lino: & ex lapidibus.*

LVCILIVS *vnica* L.

LVTATIVS: *non* LVCTATIVS: *aut* LVTTATIVS, *familia Romana.*

M

MÆCENAS, *Cilliniorum cognomen, cum* Æ, *in prima ſyllaba.*

Mæreo, *Triſtor, cum* Æ. *deducitur à Marceo, ere, teſte Varrone.*

Magalia *&* Mapalia *ſcribi poteſt. Seruius in Virg. Æn. lib.* IIII. *his verbis: Magalia & Mapalia, idē ſignificat. Sed Magalia Ma, producit: Mapalia, verò, corripit: vt, -& raris habitata Mapalia tectis.*

Feſtus

Feſtus Pompeius Mapalia nominat: Magar, autem, lingua Punica, villam ſignificat.

MARCIVS, *non* MARTIVS, *familia Romana: à Marco enim eſt Marcius, Marcianus. Sicut à Quincto Quinctius & Quinctilianus, Quinctilius: à Tito, Titius & Titianus; à Manio, Manilius: & alia nomina non pauca à Prænominibus deducta.*

MARTIALIS, *à Marte cum* T.

MASSANISA, *non* MASINISSA. *Numidiæ Rex.*

MAVRETANIA, *non* MAVRITANIA.

MAXIMILLIANVS, *duplici* LL.

MESSALLA *gemina* LL, *cognomen Valeriorum.*

Miſtus, *non* mixtus, *à themate, Miſceo, miſcui, miſtũ.*

Mœchor, *cum Oe,* [μοιχὸς, μοιχεύω].

Mœnia, *cum* Oe, *vnde murus dicitur, Oe in V conuerſa, quemadmodũ & Cœrare pro Curare.* [Mœnia, hinc munio: Pœna, Punio: Pœnus Punicus, a, um.]

MOESIA, *prouincia, cum Oe. Eadem cum Muſia ſiue Myſia.*

Montuoſus *ſcriptũ video in antiquis libris.* Montoſus *tamen Virgilius dixit lib.* V. *Æneid.*

Et te, montoſe, miſēre in prœlia, Mirſe.

Monumentum, *non* Monimentum, *vt Documentum.*

MVCIVS, *non* MVTIVS.

Multa *an* Mulcta *ſcribendum ſit, ſi Etymologiam ſequimur, obſcurum: cùm, vt ait Gellius, Sabinũ verbum ſit. Ego aſſentior doctiſſimis viris, qui, Multa, libentius, quàm Mulcta, ſcribunt: cum quibus conſentiunt libri veteres & lapides.*

MVRENA, *ſine diphthongo, Cognomen Liciniæ gentis. libri veteres & lapides Capitolini.* [I. Cam. Neque Illurios improbē, neq; æs Cupriũ, neq; cuminum neq;

neque collurium,&c. & ὗς certè Sus eſt, & μύραινα Muræna, ſicut μῦς Mus, & μύτιλος Mutilus, & κλύω cluo.]

N

Næ, *pro certè, cum* Æ, *Græcè enim eſt* ναὶ.

NÆVIVS *cum* Æ, *Martialis lib.* I.

Næua, ſex cyathis; ſeptem, Iuſtina bibatur:
Quinq. Lycas; Lyda, quatuor; Ida, tribus.

Ne dum *ſeparatim ſcribo; quia ſicut,* Non *multa,* Non *nulli & Non nihil, ſeparatim ſcribimus; ſic reliqua videntur ſcribenda, Non numquam, Nihil dum, Non dum, Nec dum, Ne dum.*

Nefas, *& ſimilia, cum* F.

Negligo, *placet: non, vt in antiquis plerisq. & lapidibus, & libris,* Neglego, *aut,* Neclego. *Dicimus enim, Colligo, Deligo & ſimilia.*

Negotium, *cum* T. *componitur enim ab Otium.*

Nimiopere, *vna vox coniunctim, ſicut Magnopere, Maximopere.*

Non dum, *diſiunctim ſcriberem.*

Nummus, *duplici* MM. *Et Prologus Plautinæ fabulæ Trinummus.*

Numquam, *ex antiquis monumentis, non* Nunquam. *Sic & Quamquam, Vtrumq., Quemquam, Quæcumque, Quotieſcumque, Namque, Quantulacumque, Vtrorumque. Contrà tamẽ inuenitur, Nunquam, Tanquam.*

Nuncius, *cum* C.

Obſce-

O

Obſcenus, *ſine diphthongo, deducitur enim à Scena, quam Græci* Σκήνη, *quaſi contrarium Scenæ, quod in Scena, multis præſentibus, pronunciare non liceat: malè enim Priſcianus deriuat ab Obs & Cano.*

Onus, *ſine Adſpiratione.*

Opidum, *vnica P. vel* Oppidum: *pro varia origine. Varro enim lib.* IV. *inquit, Opidum ab ope dictum, quod munitur opis cauſſa, vbi ſint, & quod opus ſit ad vitam gerendam, vbi habitent tutò. Vel Opida, quòd opera munibant mœnia. Et Feſtus: Opidorum, inquit, originem optimè refert Cicero, quòd opem darent: Vel dicta ſunt Oppida, ab oppoſitione murorum.*

Oportet, *vnica* P. *libri veteres & lapides.*

Opperior, *duplici* PP.

Opportunè, *duplici* PP. *libri veteres & Analogia.*

OSTIA, *vrbs, ſine Adſpiratione.*

Oſtium, *ſine Adſpiratione.*

Otium, *cum* T. *libri veteres &* Q. *Papirius Grammaticus.*

P

Pæne, *pro ferè, cum* Æ *& ſine accentu, libri veteres, & lapides omnes. Eiuſmodi ſunt, Sane, Ferme, Profecto, & ſimilia: quæ ſine Accentu ex antiqua conſuetudine ſcribo.*

Pænitet, *cum* Æ, *libri veteres.*

Pænula, *cum* Æ.

Pænuria,

Pænuria, *cum Æ, quòd pæne vrat.*

Pætus, *cum Æ.*

Palæſtra, *cum Æ* [παλαίω, παλαίστρα.]

Palpebræ, *cum* B, *non* Palpetræ.

PAPIRIVS *cum* I, *non cum* Y.

Parcimonia, *ſcriberem*, *non* Parſimonia. *Sicuti enim dicimus, Querimonia, Alimonia; à Queror, & Alo; cur non & Parcimonia, licet dicere, aſſentientibus lapidibus? Nam ſi à ſupino deriuarentur hæc nomina, Queſtimonia, Alimoniaq́, diceremus, quod non dicimus. Non igitur à ſupino, ſed à principe verbi ipſius, deducuntur.*

PARILIA, & PALILIA *dicitur à Pale paſtorum Dea,* L *in* R *mutata: vel à pario: ſeu à partu Iliæ.*

Parricida, *duplici* RR.

Patricius, *cum* C.

Paullum, & Paullulum LL *geminata, vt ſenſit Terent. Scaurus.*

PAVLLVS *duplici* LL, *cognomen Æmiliæ gentis. vnica tamen* L *legitur in quibuſdam inſcriptionibus.*

Pecunia, *per* C, *& non per* Q.

Penitus, *non* Pænitus. *Poëtæ enim primam corripiunt.* [Virgil. Æneid. I.

Diſpulerat, penitúſq. alias aduexerat oras.]

Penarius, & Penuarius. *Corripiunt autem Poëtæ primam.*

Perennis, *non* Peremnis.

PHOEBVS *cum Oe.* [φοῖβος.]

Pignus *pigneris dicebant veteres. Pignus, pignoris, poſteriores.* [Verba autem iſthinc facta & verbalia omnia, per E tantum ſcribuntur, vt Pignero, Oppignero, Pignerator, Pigneraticius. *Nec mrum, vt monet*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

monet Valla, lib. 6. cap. 57. Pignoris O habere in genitiuo, cùm verba ab eo nata habent E, quando à Fenus, fenoris, dicitur fenero, à frigoris, refrigero, à temporis, tempero, à litoris, oblitero, à penus penoris, penetro.]

PIRÆVS, *cũ Æ diphthongo in ſecũda ſyllaba*, τὸ πιραῖον.

Pœna, *cum Oe, ſcribo, Græci enim* ποινή.

POLLA, *duplici* LL, *deductum à Paulla.*

POLLIO, LL *geminata, cognomen Aſiniæ gentis.*

Pomerium, *ſine diphthongo, licet à Pone & Mœros, id eſt, Muros deductum ſit: Sicut & in aliȷs, Oe pro V vſurpabant, vt* Cœrare *pro* Curare, *Mœri pro Muri, Oeſus pro Vſus, apud* Ciceronẽ *lib. 2. de legibus. Mœſia pro Muſia, ſiue Myſia; & ſimilia.*

POPLICOLA, *non* PVBLICOLA, *P. Valeriȷ cognomen, nimirum quaſi qui à populo coleretur.*

PORCIVS *cum* C, *familia Romana, à Porco, vt ab Aſinino Aſinius, ab Oue Ouius, à Gallo Gallius.*

Poſtridie, *quidam duplici* TT, *ſcribunt; quaſi poſt triduum: quos non ſequor. in omni enim re delectus eſt habendus. Eadem ratione ſcribunt & Tranſcribo, Aſtitit, Pediſſequus, Aliſſequus & ſimilia.*

POSTVMIVS *familia, &* POSTVMVS *cognomen, ſine Adſpiratione contra Etymologiam* [Plutarch. in Sulla, οἱ ὕστερον τῆς πατέρων τελευτῆς γενόμενοι, id eſt, Qui naſcuntur poſt mortem patris.]

Præmefero, Prætefers, Præſefert, *vnica dictione ſcribo, quamquã ex tribus cõponatur; vſu enim in vnã tranſiȷt: ſicuti Quemadmodum, Quamobrem & ſimilia.*

Præſertim, *cum Æ.*

Præſtinguere *ſcribo, non* Perſtringuere, *aut* Præſtingere, *ex auctoritate veterum librorum.*

C Prenſus,

Prenſus, *non* Prehenſus, *à Prendo, non Prehendo.*
Pretium, *ſine diphthongo.* [Camerario tamen placet per c.]
Pro, *ſine Adſpiratione: vt, Pro Iuppiter.*
Proconſul, *vnico verbo ſcribendum licet existimare; cùm Suetonius, & Plinius, Proconſulatus, Gellius Proconſulare, vnico verbo, dixerint. Sicut & vnica voce ſcribuntur Abnepos, Pronepos, Proprætor. non Ab nepote, Pro nepote, &c.*
Prœlium, *cum* Oe.
Proſcenium, *ſine diphthongo, deducitur enim à Scena.*
Pulcrum *abſq. Adſpiratione, quaſi polcrum, à polio, polire. (potius quàm vt à Græcis tranſlatum eſſet, pulcrũ quaſi πολὺ χρῶμα) Nã nomina huiuſmodi in* CRVM *exeũntia, à verbis deducuntur, vt à Fulcio, Fulcrum: à Sepelio, Sepulcrum: à Polio, Polcrum: mox conſuetudine Pulcrum.* [Camer. etiam Pulcer & Pulcerrimus ſcribit.]

Q

Q. ſcribebant veteres, cùm copulantem particulã Que, ſignificarent.
Quamobrem, Quemadmodum, *Sicut, Sicuti, velut, Veluti, Quamprimũ, Quamplurimũ, Quamplures, Quamdoctiſſimus,* Perbellè, Perdoctè, *Admodũ, Propterea, & ſimilia, vnica dictione ſcribo: quæ cùm ſint compoſita, vſu tamen in vnam naturam coierunt.*
Quattuor, *duplici* TT.
Querella, *ſine diphthõgo, & duplici* LL. *ita libri veteres.*
Queror, *ſine diphthongo.*
Quidquid, & Quidquã: *non* Quicquid, *aut* Quicquam. *Dicimus enim, Quodque, & Quidque; quam-*

quàm video etiã in verbo Acquiro D in C mutari. Sed ſcriptum tamen etiam animaduerti in antiquiſſimis monumentis, Adquiro.

QVINCTVS, QVINCTIVS, QVINCTILIVS, QVINCTILIANVS *&* QVINCTILIS, *cum* CT, *ſcribo; ſecutus lapides Capitolinos, & alios: etſi quidam lapides ſine* C. *Admonet enim Etymologia, vt quemadmodum à Relinquo, Relictus, à Coquo, Coctus, ſic à Quinque, Quinctus deriuemus.*

Quomodo, *&* Quoquomodo, *& ſimilia, quis dubitet ſeparatim ſcribenda eſſe? ſicuti etiam ſcribitur, Quodam modo. Eiuſdem generis ſunt, Si-quis, Prius-quã, Poſtea-quàm, Ante-quàm, Propterea-quòd. quod libri veteres videntur confirmare.*

Quotidie, *quod componitur ex Quoto die, cur non ſcribam, cum antiquis? Quinctilianus enim ætate ſua Cotidie dictum ſignificat. Verum-enim in hoc vetuſtiorem conſuetudinem magis probo. alioqui vt Cotidie, ſic & dicendum eſſet Cotannis. quod ineptũ, & contra conſuetudinem eſſet, aſſentiente Virgilio Carpenſi.* [Camer. etiam Quotidie magis probat, quàm Cotidie.] *lapides* Cottidianus *habent. Quottidie verò duplici* TT *Poëtæ ſcribunt, metri cauſſã: vt in Relligio, Relliquiæ, Rettulit.*

Quoties, *non* Quotiens. *Item Toties, non Totiens.*

R

RÆTI, *populi, cum Æ diphthongo.*

REGIVM, *Italiæ opidum, ſine Adſpiratione.*

RHEGIVM *verò Siciliæ opidũ, cũ Adſpiratione. Strabo lib. 6. deriuat ἀπὸ τȣ̃ ῥαγεῖναι, id eſt à Frangendo.*

Religio, *vnica* L. *libri & lapides. Poëtæ addunt* L, *vt prima ſyllaba producatur, quæ naturâ breuis eſt.*

Reliquiæ, *vnica* L. *fit enim à Reliquo. Poëtæ addunt* L, *vt prima ſyllaba producatur, alioqui locum in carmine non haberet.*

Reprehendo, *ſine diphthongo, & cum Adſpiratione.*

Retulit, *in ſoluta oratione:* Rettulit *in carmine.*

Robigo, *non* Rubigo; *vnde veteres Robum dixere.*

RVFVS, RVFINVS, RVFINIANVS, *vnica* F.

S

SACRAVIA *videtur & vnica dictione & duabus ſcribi poſſe. & dicimus etiam Sacrauienſes.*

Sæculum, *cum* Æ. *Quidam à Sequendo deduxerunt, quòd ſequatur ſe atque in ſe reuoluatur. Varro à Sene deriuat, quòd longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putauerunt. vtrocumque modo, corripi ſyllabam neceſſe videbatur. Ideo veteres addiderunt* A, *vt fieret diphthongus.*

SALLVSTIVS, LL *geminata.*

SCÆVOLA, *an* SCÆVVLA *ſcribendum ſit ambigo.*

Scena, *ſine diphthongo.* [σκηνη.]

Schola, *cũ Adſpiratione, ex Græca deriuatione* [σχολὴ.]

SCIDA, *(inquit Cariſius Inſtit. lib.* I.*) charta, ſine Adſpiratione, à Scindendo dicta eſt. Sed alij eam*

cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

cum Adſpiratione Schidã, ex Græco ἀπὸ τοῦ σχίζειν, *dictam putant.*

Septemtrio, *cum* M, *non cum* N.

Sepulcrum, *ſine Adſpiratione: fit enim à ſupino Sepultum, Sepulcrum: vt à Simulatum, fit Simulacrum: ab Inuolutum, Inuolucrum: à Fultum,* Fulcrum: *à Lauatum, Lauacrum: ab Ambulatum, Ambulacrũ: mutata* T *in* C, *& addita* R.

Sequuntur, *non, vt quidam libri, & lapides,* Secuntur; *dicimus enim, Sequor, & Sequens, & Sequella: in ſupino tamen, Secutum, vitandæ aſperitatis gratia.*

SERRANVS *duplici* RR, *Atiliorum cognomen, etſi deducatur à Serendo. Atilij & Serrani, & Sarrani dicti ſunt, poſt captum Regulum Pœnis, ſiue Tyriis, quos Sarranos rectè dici, Probus, ſiue quis alius docet, dum interpretatur Virgilij locum, -Sarrano incubat oſtro. Hinc Tibiæ Sarranæ apud Terentium.* [TYRVS Hebræis TSOR appellatur. Et A. Gellius lib. 14. ca. 6. meminit Tyrũ antiquitùs Sarram eſſe vocatã, quæ vox Hebræo nomini viciniſſima eſt.]

Sidus, *cum* I, *non cum* Y. *deducitur enim (vt ait Varro) ab Inſidendo.* [inde ſunt Conſidero & Deſidero.]

Sigillatim, *non* Singillatim: *à Sigillum.*

Silua, *cum* I, *non cum* Y, *omnis antiquitas.* [fortaſſis à Silendo.] *Alij ſcribunt cum* Y, *deducentes à Græco* ὕλη, *contra libros lapidéſq. omnes. Ita &*

SILVANVS, *Deus, &* SILANVS, *cognomen Plautiorum, cum* I, *non cum* Y.

Simillimus, *gemina* LL, *vt ſyllaba producatur, Poëtæ.*

Sincerus, *cum* I, *non cum* Y. [vide quid de eo diſputat Valla, lib. 6. cap. 31.]

Siquidem, *coniunctim ſcribo; quod indicat Ouidij verſus: Quæ mihi ventura eſt, ſiquidẽ eſt ventura ſenectus. Nam Si, cùm non eſt compoſitum, producitur, Eiuſdem generis ſunt, Quare, Quamobrem, Poſtea, Propterea, Ideò, Sanequam, Valdequã, Præterquam, Quilibet, Quiuis, & ſimilia.*

Soboles, *largior conſuetudini, auribus indulgenti: cui & Cicero ipſe plurimum tribuit, vt in Oratore legimus: licet antiquiores libri habeant Suboles: & cum libris lapides conſentiant, vt omittam ſatis apertam compoſitionem, ex Sub & oleſco.*

Sollemne, *non* Solenne, *habent antiquiſſimi libri, & lapides. Analogia Solenne videtur probare: ſi modò à Solo anno deducitur, vt quidam putant. & Perenne dicimus, non Peremne, quod itidem ab Anno componitur. In hoc tamen plus Antiquitati demus, quàm Analogiæ.*

Sollers, *duplici* LL, *Martial. lib.* 3.

Sollicitare, *duplici* LL, *à Sollers & citus, ſeu potius quaſi Solo citare, id eſt, ex ſuo loco ac ſententia mutare. Solum autem, quin ſignificet Locum, quis dubitet? cùm Exſules quoq. dicantur, loco patriæ ſuæ pulſi.*

Solliſtimum *duplici* LL.

Speleum, *ſine diphthongo.* [tamen Græcè eſt, σπήλαιον.]

Squaleo, Squalidus & Squalor, *vnica* L, *à ſquama deductum: libri veteres & lapides.*

Squama, *vnica* M.

SVFENAS, *vnica* F.

SVGAMBRI, *populi, non* SICAMBRI.

Sulphur, *cum* PH, *non cum* F. *Sicut & Triumphus, non Triumfus.*

SVLPICIVS *cum* C.

Supel-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Supellex, *vnica* P, *& duplici* LL. *libri veteres, & poëtæ, qui primam corripiunt.* [Perſius, Tecum habita, & noris quàm ſit tibi curta ſupellex.]

SYLLA *potius quàm* SVLLA, *nam Sulla antiquius eſt, eorum temporum, cùm Romani, à Græcis litteris alieni, libenter* V *pro* Y *pronunciabant. Itaque Phruges, non Phryges; & Purrhus, non Pyrrhus, eos dixiſſe, auctor eſt Cicero in Oratore. Sic Lacruma, pro quo poſteriores Lacryma. Donatus in Terentij Hecyr. act. 1. Scen. 2. Syra, inquit, Sura, veteres legerunt,* V *pro* Y *ponentes: vt, Muſia, Suria. Sic & Cumatilis color, à Græco* κῦμα.

Synhodus, *cum* Y *& Adſpiratione, à Græco, vt in Methodus, Exhodus.*

T

Tædet, *cum Æ.*

Tæter, *cum Æ.*

Tenſa, *ſine Adſpiratione, Feſtus & Pedianus, qui deducit à Tendendo. Eius hæc ſunt, in tertiam Ciceronis Orat. contra Verrem: Tenſæ ſunt ſacra vehicula. Tenſas alij à diuinitate dici putant: alij quòd ante ipſas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere, & tangere, qui eas deducunt. Seruius autem, enarrans illud Virgilianum, lib. 1. Æn. Hic currus fuit, his verbis vtitur: Thenſam ſignificat, qua deorum ſimulacra portantur. Thenſa autem cum Adſpiratione ſcribitur,* ἀπὸ τοῦ θείου, *id eſt, à re diuina: etſi in quibuſdam libris non eodem modo legantur hæc poſtrema verba.*

Tento, *non* Tempto, *ex Analogia; frequentatiuū enim eſt à Teneo.*

Tercentum, *non* Trecentum. [Sed Trecenti,æ,a, mouetur: Tercentum verò immobile eſt.]

TEVTONI, *populi*, *non* TEVTONES.

Theſaurus, *ſcribendum, quia deductum à Græco* θησαυρὸς, *non* Thenſaurus.

TIBER, *Tiberis, cum* I.

TILLIVS, *Cimber, percuſſor Cæſaris, non* TVLLIVS.

Torus, *ſine Adſpiratione, dictus, vt inquit Seruius, à Tortis herbis: vel, vt ait Varro, à Toruo.*

Transfero, *& deriuata, cum* NS.

Triumpho, *cum* PH, *non cum* F. *Item, Triumpus.*

Tus, *ſine Adſpiratione. Cariſius, Tus, inquit, à Tundendo, ſine Adſpiratione dicitur. Quamuis Iul. Modeſtus* ἀπὸ τοῦ θύειν *deriuat.*

TVSCIA, *ſine Adſpiratione.*

TVSCVLANVS, *ſine Adſpiratione.*

Tutelarius, *vnica* L.

Tyrannus, *Græcè* τύραννος.

V

Vaccinia, *duplici* CC.

Valetudo, *dixerim libentius quàm* Valitudo, *contra Analogiam, & veteres aliquot libros; video enim Horatium in Sermonibus dixiſſe, Valetudo producta ſecunda ſyllaba: quæ, ſi Valitudo dicas, breuis erit. Veriſimile igitur eſt, alios, Valitudo, alios Valetudo, pronunciaſſe, in quibus Horatium: fortaſſe à duplici Supino, Valitum, & Valetum: vt à Soleo, Solitum,*

& So-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

& Soletum: vnde Obſoletum, Exſoletum.

Veneo, *pro vendor, ſine diphthongo.*

Verrucoſſus, *duplici* RR *& duplici* SS, *vt Imperioſſus.*

Vertex, *cum* E, *non* vortex *ſcribendum ait Quinctilianus lib.* I. *quo etiam loco, primum Scipionem Africanum ita ſcripſiſſe, tradidit. Soſipater, Vorticem à Vorando : Verticem à Vertendo dicta putat.*

Vindico, *non* Vendico; *ex Analogia: Dicimus enim, Vindex, non Vendex.*

VIRGILIVS *malo quàm* VERGILIVS, *iuxta Etymologiam, à Virga enim plerique, inquit Ioh. Pierius, dictum agnoſcebant, id ſcilicet à matris ſomnio deſumtum, vel à Virginali facie & modeſtia. vnde & Parthenias appellatus eſt, & in codicibus multis vetuſtis notatum inſpicitur,* P. PARTHENIATIS VIRGILII MARONIS.

Vnguentarius, *non* Vngentarius.

VOLCANVS, & VOLCANALIA.

Volturnus.

X

XANTHIPPE, *cum Adſpiratione.*

QVAS

QVAS inſeruimus Ioachimi Camerarii commonefactiunculas, eas depromſimus ex ipſius de Orthographia libello, & Epiſtola ad Chriſtophorū Scheurlam. Ex illo ipſo etiam ſequentes Orthographias annotare huc viſum fuit.

ABundare, non Habundare.

Accino, Affero, Afficio, Affatur, Affinis, Aggredior, Alligo, Annoto, Approbo, Arrideo, Aſſimilo, Attingo: mutato D *in Conſonantem primam verbi. Sic & Succedo, Suffragor, Suggero, Supprimo, Surrogo.*

Admoueo, Admolior, ambiguitatis cauſſa: ne videantur eſſe Amoueo, Amolior.

Agnatus, non Adgnatus. Sic Agnitus, quaſi adgnitus, & Ignarus, Ignauus, ab In & narus & nauus.

Amfractus, verius quàm Anfractus.

Anceps, Anciſus, Anquiro.

Abſciſſus, Aſpicio, Deſpicio, Aſpiro, vnico S.

Aſſiduus, non Adſiduus, ſiue ab Aſſibus facto, ſeu cum præpoſitione ad, compoſito nomine.

Aſſum, non Adſum; etſi enim eſt duplicatum ex ad & ſum, ſicut Afficio ex ad & facio: tamen autoritas veterum reponit Aſſum, Afficio, Effertus.

Aufero, non Abfero.

Æuum [quia αἰὼν Villich.]

Calendæ, cum C, *non cum* K. *Græcas enim Calendas nullas eſſe, etiam prouerbio notum eſt.*

Cachinnus, CHARON, *Charta, Chorus; vtpote Græca.*

Cocus,

Cocus, non Coquus.
Colligo, Comminuo, Comprimo.
Colloquium, non Conloquium.
Conditio per T, potius quàm Condicio.
Contemtus, non Contemptus.
Corona.
Cum, Cui, Cur: non Quum vel quom, Quoj, Quur vel Quor.
Damnatus, non Dampnatus.
Dimminuo, vt placet Priſciano; S. in M. à dis & minuo. alij fecerunt, Deminuo.
Demonſtratio, non Demonſtracio.

Effertus, pro Ecfartus.
Emtus, non Emptus.
Exul, Exilium, Exequor, Expes, Expecto, Expuo, Expolior.
Extorris potius quàm Exterris; quamuis perhibeatur à Terra deductum nomen.

Felix, non Fœlix.
Formoſus, non Formonſus.

Graſſor, graſſari, à Gradior.

Hulcus, non Vlcus. Eſt enim ἕλκος.

Ignarus, Ignotus, Ignominia, & in ſimilibus, quòd G adderetur, N littera eliſa fuit, ne tot conſonantes concurrerent.
IONIVS, non Hionius.
Iuſticia cum C, non Iuſtitia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Lacrymæ [vel Lacrumæ] non Lachrimæ.
Lædo.

Mihi, non Michi.
Muſeum, μȣσεῖον.

Nactus, rectè ſcribitur, Nanctus perperam.
Nuncubi, Nunquis.

Obſcœnus.
Orichalcum [ab ὄρος *&* χαλκός*] non Aurichalcum, Villich.*

Patriſſo, Philippiſſo, πατρίζω, φιλιππίζω. *Sic & Baptiſſo dicemus & ſimilia.*
Pellego, Pellucet.
Prædium, Præmium.
Precium, non Pretium.
Protenus & Quatenus, potius quàm Protinus & Quatinus.
Pulcer, cra, crū. Pulcerrimus. Ita & Varroni placuit.

Quanquam.
Quoties, non Quotiens.
Quicquid.
Quenquam.
Quotidie, non Cotidie.

Schema, Schola, ob Græcam originem σχῆμα, σχολή.
Sepulcrum, Simulacrum, abſq. H. [vtpote Simplicia & Verbalia.]
Succedo, Suffragor, Suggero, Supprimo, Surrogo, [apud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Ciceronem Summutauit pro Submutauit.]

Summitto, Summoueo, Summœnium & ſimilia.

Suſpicio, non Suſpitio.

Tantundem, Traductus, Traiectum, Tralatus, Tralaticium, Tramiſſus, ita veteres.

Theſaurus, non Thenſaurus.

Vdus, non Hudus.

Virgilius potius quàm Vergilius, à Virgula.

Veteres numerorum notæ.

I	Vnus.
V	quinque.
X	decem.
L	quinquaginta.
C	centum.
IↃ	quingenta.
CIↃ	mille.
IↃↃ	quinque millia.
CCIↃↃ	decem millia.
IↃↃↃ	quinquaginta millia.
CCCIↃↃↃ	centum millia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1141 8° copy 1